Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dit spiritum. Quia ergo quoniam parasceue erat. ut nõ
remanerent in cruce corpora sabbõ erat enim magnus
dies ille sabbati: rogauerunt pylatum ut frangerentur
eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites
et primi quidem fregerunt crura et alterius qui cru-
fixus est cum eo: ad ihũ autem cum venissent ut vi-
derunt eum iam mortuũ nõ fregerunt eius crura
sed vnus militum lancea latus eius aperuit et cõ-
tinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimo-
nium phibuit. et verum est testimonium eius et ille
scit quia vera dicit: ut et vos credatis fra. Fit enim hec
ut scriptura impleret: os nõ comminuetis ex eo. Et rur-
sum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfi-
xerunt. Post hec autem rogauit pylatum yoseph
ab arimatia eo quod esset discipulus ihũ: occultus
autem propter metum iudeorum: ut tolleret corpus ihũ. Et
permisit pylatus. Venit ergo. et tulit corpus ihũ
Venit autem et nycodemus: qui venerat ad ihũ no-
cte primum ferens mixturam mirre et aloes quasi li-
bras centum. Acceperunt ergo corpus ihũ: et ligaue-
runt eum linteis cum aromatibus sicut mos iu-
deis est sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus e-
rat hortus: et in horto monumentum nouum in quo nõdum
quisquam positus erat ibi ergo propter parasceuen iudeorum quia
iuxta erat monumentum posuerunt eum Sabbo pasce
uillahoc modo hymne eleyson ut moris est. Et sequitur:
Gloria in excelsis deo. Oremus Oratio. deus qui hanc
Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria dominice
resurrectionis illustras: conserua in nouam fami-
liam tuam progeniem adoptionis spiritum quem dedisti. ut